

DOLENDUM languisse ante diem et desiisse litterarum inter summos botanicos commercium, quo non intermisso, vitæ et studiorum utriusque cursum ulterius sequi et totum quasi comprehendere licuisset. Eo dolendum magis quod Bernardus, anno 1759, postquam scribere ad Linnæum desiverat, periculum naturalis suæ methodi in horti Trianonensis plantis ordinandis fecit; cujus rationem Linnæo certe pro suâ consuetudine exposuisset, forsân responsa tum approbantis dissentientisve tum propriam sententiam proponentis habuisset, ita ut suas de argumento tanti momenti iudices tam idonei et ut ita dicam supremi notiones clarius tradidissent. Quanto melius Linnæus cum Bernardo de methodo naturali egisset, quam cum Gisækio per quem quid de principiis ejus senserit quantulumcunque innotuit!* Felicior quidem Bernardus discipulum et interpretem habuit nepotem Ant. Laurentium, alter Elias alterum Eliseum; sed obscura tamen remansit in hoc legum taxonomicarum codice pars ipsius, quam alibi † notam facere tentavimus.

Hic igitur, silentibus utrinque amicis, editoris penso absoluto finem imponere debuimus, at non sine expresso ejusdem citius absoluti desiderio. Post ultimam epistolam quâ Linnæus se extraneum Academici Parisiensis titulo decoratum gratulatur, supremam subjungere placuit ineditam, eidem Academiæ, utpote secretario ejus celeb. Condorcet, inscriptam, Linnæi modo defuncti nuntiam, quæ nonnulla de extremis ejus annis et aliis ipsum attinentibus narrat. Continetur in ditissimâ manuscriptorum celeb. Condorcet litterarumque virorum illustrium ipsi missarum collectione, quâ filia ipsius Bibliothecam Instituti Gallici recenter donavit.

MONSIEUR, —

Stockholm, 12 Février, 1778.

M. de Linné, le fils, vous a sans doute notifié la mort de son Père, qui arriva, le 10 Janvier de cette année, après un affaiblissement continuel de près de deux ans, causé par des accès d'apoplexie qui avaient même attaqué sa mémoire et sa faculté de parler distinctement.

Aux mémoires de sa vie, que j'eus l'honneur de vous envoyer, il y a deux ans, je n'ai presque rien à ajouter, car sa longue maladie ne lui a pas permis de travailler, quelque

* *C. Linnæi Praelectiones in Ordines Naturales Plantarum. Edidit P. D. Giseke. Hamburgi. 1792.*

† Vid. *Annales des Sciences Naturelles* (Vol. VIII. p. 227). 1837.